

## Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiæ &  
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinæ  
Christianæ In Usus Institutionis ...**

**Hottinger, Johann Heinrich**

**Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.**

**VD18 12542598**

Caput XIX. De Persona Iesu Christi.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057

ribus notata erant, unicè nova nondum relata colligens. Hi tamen in Sacris non audiunt Evangelistæ, sed quidam Apostolorum coadjutores in Evangelio prædicando, prout Timotheus 2. Tim. IV, 5.

XLVIII. *Tandem Doctores, Pastores, Episcopi, Diaconi, Presbyteri* in Actis Apostolorum & Pauli Epistolis leguntur, quorum opera ad Evangelii ministerium adhibebatur, de quibus verò inferius.



## CAPUT XIX.

De

# PERSONA JESU CHRISTI.

Sub N. Testamento in Genere.

**P**remissis generalibus de Oeconomia Novi Testamenti ostenditur specialis ejus deductio. §. I.  
Et quidem initium fit à persona Jesu Christi, quæ describitur §. II.

*Qui verus Deus §. III.  
Et verus homo, quod tum ex prædictionibus, tum ex implemento probatur.*  
§. IV.

*Maximè quoniam quæ nobis natura & proprietates, illæ in*  
Ec 2 Jesu

*Jesu Christo quoq; Modus tamen assumptionis nos latet. §. V.*

*Habet verò hanc naturam ex Maria §. VI. Virgine. §. VII.*

*Oriunda ex semine Abrahamæ, Judæ, familia David, Bethlemi enitente §. VIII.*

*Quoniam verò Mater Jesu Christi virgo, clarum est, cum non potuisse ex illa ediri nisi extraordinariâ Dei operatione. §. IX.*

*Quam speciatim exerviisse dicitur Spiritus S. §. X.*

*Quando autem Jesus Christus verus Deus & verus homo, id non ita intelligendum, ac si duæ essent personæ. §. XI. XII.*

*Sed una tantum. §. XIII.*

*Unde sequitur λόγον carnem in unitatem personæ assumpsisse. §. XIV.*

*tionis nos latet. §. XV.*

*Ex assumptione hac sequitur unio duarum personarum & hinc communio. §. XVI.*

*Tum ostenditur naturam divinam humanæ communicare summam dignitatem & excellentissimas dotes. §. XVII.*

*Non tamen essentiam suam. §. XVIII.*

*At natura humana divinæ nihil communicare valet. §. XIX.*

*Quia verò persona naturam humanam & divinam comprehendit, hinc fit ut illi utriusque naturæ proprietates attribuantur. §. XX.*

*Et quia utraque concurrat ad opus salutis perficiendum, hinc*

*hinc elucet  
no officii. §.  
nam addu*

*Ue hæte  
tie sub  
sunt. N  
ne comode*

*arum prim  
erisque ej  
quod is*

*verò cont  
que i*

*adiones  
nam illi,  
dantur &*

*que ipso  
it.*

*II. Primu  
nois tractan  
natrâ & dign  
natur de stat  
sunt atque v*

*Jesus Chr  
tempore  
Virgine Ma*

*accepit,  
ad muner  
cum succe*

*hinc elucet commu-  
nio officii. §. XXI.  
Tandem adduntur ra-  
tiones, quare Me-  
diator *Θεὸς ὁ ἰσχυρὸς* ef-  
se debuerit. §. XXII.*

§. I.

**Q**Uæ hæcenus de Oeconomia Consilii Gra-  
tie sub N. Testamento diximus, gene-  
ralia sunt. Nunc sequentur magis specialia,  
quæ commodè in tres partes dispesci possunt,  
quarum prima enarratâ Jesu Christi personâ  
diversòque ejus statu tradit difficillimum mu-  
nus, quod is bono & loco nostro subiit; Al-  
tera verò continet applicationem boni impe-  
trati & quæ in hoc opere Dei, quæque ho-  
minis actiones sint; Tertia tandem docet,  
quinam illi, qui boni impetrati participes  
reddantur & quomodo regantur in histerris,  
& quæ ipsorum felicitas in altera vita futu-  
ra sit.

II. Primum, quod juxta primam partem  
à nobis tractandum, est persona Jesu Christi.  
Naturâ & dignitate personæ cognitâ, quæ se-  
quantur de statu & officio ejus, hinc lucem ac-  
cipient atque validè confirmabuntur. Est au-  
tem Jesus Christus æternus Dei Filius oppor-  
tuno tempore juxta vaticinia in carne, quam  
ex Virgine Maria per conceptionem ex Spiri-  
tu S. accepit, manifestatus, adeoque *Θεὸς ὁ ἰσχυρὸς*  
ad munere Mediatoriò sibi commissò dex-  
trè & cum successu defungendum.

III. *Jesum Christum æternum Dei Filium esse jam supra c. IV. variis argumentis adstruximus.* Alia ad veritatem hanc confirmandum nunc non addimus, nisi quod inferius speciatim de unione duarum naturarum in uno eodemq; Salvatore dicendum.

IV. *Eundem Filium hominis esse, tum ex vaticiniis, tum ex implemento eorum constat.* Ex vaticiniis, in quibus ut semen mulieris, Abrahami, Isaaci, Judæ, Davidis promittebatur Gen. III, 15. Gen. XXII, 18. cf. Gal. III, 16. Gen. XLIX, 10. 2. Sam. VII, 12. Maximè huc faciunt gemina Esaia loca c. VII, 13. *Ecce virgo בן יוררתה concipiet & pariet filium, & c. lX, 6. ילד יחד לך puer natus est nobis.* Quales verò promittebatur, talem præstitum esse Evangelistæ referunt, narrantes conceptionem, gestationem, partum, Matthæus c. I. Lucas c. I. II.

V. *Atque hoc præterea quàm validissimè ex eo probatur quoniam quæ nobis natura & proprietates naturales sunt, sunt quoque Jesu Christo.* (1.) Non solum enim vocibus, quæ de homine vero prædicantur, uti *Filius, Filius hominis* &c. sapissimè appellatur. (2.) Sed etiam partes essentielles, ex quibus constare solemus, ipsi passim tribuuntur uti corpus Hebr. X, 5. & anima Matth. XXVI, 33. (3.) Et corpus quidem verum phantasmati ac spectro oppositum, tum ante resurrectionem Matth. XIV,

26. 27. tum etiam post eam Luc. XXIV, 39. quod ex carne, sanguine, ossibus l. c. Hebr. II, 14. constabat, quodque visibile, palpabile, Luc. XXIV, 39. augmenti capax Luc. II, 40. indigum cibo, potu. Joh. IV, 7. Matth. IV, 2. Joh. XIX, 18. Matth. XI, 19. Matth. VIII, 24. quod labore defatigabatur Joh. IV, 6. lachrymas fundebat Joh. XI, 35. verberabatur, cruci affigebatur, moriebatur Joh. XIX, 16. 18. 30. (4.) Anima verò prædita intellectu Luc. II, 52. voluntate Matth. XXVI, 39. affectibus veluti amore Marc. X, 21. Matth. XXVI, 37. 38. commiseratione Matth. XV, 32. indignatione Joh. XI, 39. Brevis *per omnia fratribus similis* Hebr. II, 17. & *habitu inventus est ut homo* Phil. II, 8.

VI. *Hanc verò naturam nostræ simillimam accepit ex Matre Maria.* Unde illa toties mater, ipse verò filius vocatur. Insuper *γενόμενος ἐν γυναικί* Gal. IV, 4. cf. Luc. I, 35. *fructus uteri ejus* Luc. I, 42. Nos juxta leges naturæ ortum progenitoribus utriusque sexûs debemus. Attalis, utpote post peccatum labe infectus, non decebat sanctum quique nos impuros sanctificare debebat. Hinc erat *ἀπατωρ* Hebr. VII, 3. & mater *ἐν τῇ ἐν γαστρίᾳ ἔχουσα*, antequam conveniebat cum Josepho Matth. I, 18. qui quidem Pater dici solet sed *γενόμενος* ut vulgò putabatur Luc. III, 23.

VII. *Erat ergo Mater Virgo*, quod tum ex nomine Luc. I, 27. tum ex colloquio l. c. 31. 34.

Ec 4

tum

tum maximè ex vaticinio Esaiæ c. VII. 14. liquet. Quando enim hoc ipsum, quod Evangelista factum narrat, fieri debuisse ex illustri hoc vaticinio, quod nequidem veritatis hujus hostes in dubium vocare valent, constat, maximum hinc pondus ad Christianorum fidem confirmandum surgit. Nam quod *עלמה* vel *ἡ ἀνδριανὴ* *העלמה* *virgo* certa, à Deo definita virginem illibatam notet, præter alia series maximè evincit. Vel quale illud signum adeò memorabile, prodigiale, si exponeres de muliere juvenula ex congressu cum viro gravida? Quantus Immanuel, si ille infirmus homo? Quâ ratione hæc vim habent consternatos de auxilio divino persuasos reddendi? Habent verò maximam, si explicas de Messia ex Virgine nascituro. Quod si enim Deus populo suo tantam gratiam destinatô tempore conferre vult & valet, conferet quoque minorem, modò ante promissam adversus hostes. Verbis quoque satisfacit hæc explicatio. Messias quippe *ἡ ἀνδριανὴ*. Nativitas ejus ex virgine potentia & gratia divina signum.

VIII. *Et Virgo quidem ex semine Abraham, tribu Judæ, familia Davidis, eaque humili filium Bethlemi enitens.* Nam Salvator mundi juxta Prophetias Abrahami semen, Israëlitarum frater, Judæ & Davidis in posteritate sua humilis filius, Bethlehemi edendus prædictus erat v. Gen. XXII, 18. Deut. XVIII,

15. Gen. XLIX, 10. 2. Sam. VII, 12. Ef. XI, 1. Mich. V, 2. Neceſſe itaque ut etiam mater ex hoc ſtemmate oriunda eſſet. Maniſeſtum verò illam ex eo ortum ſuum traxiſſe, atque omnibus illis matris Meſſiæ characteribus notatam fuiſſe, uti Hiſtoria Evangelica refert, ſpeciatiſim catalo-  
 gus genealogicus apud Lucam c. III. 23. f. diverſus ab illo apud Matthæum c. I. 1--18. quod illo perfectior atque naturalem ortum Chriſti tradat. Ex Thalm. Hieroſolym. tr. Chagiga conjectavit Ligtfootus Mariam Eli filiam inter Judæos habitam fuiſſe. Tom. II. p. 504.

IX. *Haſtenus probavimus Jeſum Chriſtum ex Matre Virgine prognatum fuiſſe. Quum verò Virgo ſecundum naturales leges concipere & parere nequeat, clarum eſt, eam extraordi-  
 nariâ Numinis potentiâ & concepisse & peperisse. Quod utique non ſupra vires Omnipotentis, ceu cui nihil impoſſibile Luc. I, 37. Et annon is, qui quotidie ex concubitu viri & fœminæ tot homines format, abſque illa extraordi-  
 naria operatione fœtum in utero Virginis fingere poſſet? Conveniens quoque erat ut caro, in qua Deus maniſeſtandus, à Deo etiam ſingulari actione in habitaculum ſuum pararetur. Id, quod nunc poſſibile atque recens adſtruximus, revera contigiſſe Scriptura tradit. Unde Filius ad Patrem Hebr. X, 5. *corpus paraſti mihi*, & Angelus Mariam de re ex legibus natura impoſſibili, poſſibili verò ex voluntate Dei*

ita instruit. *Spiritus S. veniet super te & virtus Altissimi obumbrabit te* Luc. I, 35. cf. Matth. I, 18. 20. utens phrasibus ab amore conjugali desumptis.

X. *Ut verò Spiritus S. hac in Materia operationem distinctius cognoscamus, attendendum nobis est ad sequentia. Primum quidem semen Matris in utero collegit, unde fructus uteri audit* Luc. I. 42. *Dein vim prolificam ipsi indidit. Tum corpus ejusque membra formavit, fovit. Insuper cum corpore animam conjunxit. Præterea à perversis motibus matrem, à labe filium præservavit* Luc. I, 35. *Unde tandem statuto tempore fœtus, (neque enim in momento temporis formatus lucem videbat* Luc. II, 6. cf. Luc. I, 57. *item* Matth. I, 18-f.) editus est.

XI. *Postquam pluribus probatum dedimus Jesum Christum esse & filium Dei & filium hominis, investigandum nunc venit, quomodo hæc duo de illo prædicentur. An alia persona filius Dei & alia filius hominis, uti Petrus & Jacobus? An verò una eademque?*

XII. *Prius falsum quod patet (1.) Εἷς μὲν τὸν Θεὸν καὶ ἀνθρώπον, Unus est Mediator inter Deum & homines* 1. Tim. II, 5. *At Christus Mediator tanquam filius Dei & filius hominis. (2.) Joh. I, 14. Sermo caro factus est. Sermo, quod ex antecedentibus patet, est Deus, Filius Dei,*

hiciple  
est semen  
Philipp  
rapinam d  
de formam  
offet seipsum  
not alius loci  
minis, qua  
minis sunt,  
dere haud p  
Dei & homini  
XIII. Ergo  
tum, tum  
minis in D  
ter se confu  
proprietates  
uit: Nam D  
petates divin  
humana.  
Hec secundum  
quoque, quod  
e verum hom  
qualitates ori  
quoque natur  
tibus, in celo  
tum quia ejus  
ectiones divin  
adversatur,  
tum in unam  
distinguit Ro

Dei; hic ipse caro factus est. (3.) Rom. I, 2. 3. Qui est semen Davidis, ille quoque filius Dei. (4.) Philipp. II, 7. Qui in forma Dei subsistit, nec rapinam ducere debet, ut Deo æqualis sit, is ipse formam servi assumpsit: Neque aliàs dici posset seipsum exinanivisse. (5.) Patet porro extot aliis locis, in quibus de Jesu Christo filio hominis, quæ filii Dei, & de filio Dei, quæ filii hominis sunt, prædicantur. Quod vero locum habere haud posset, si alia & alia persona filius Dei & hominis filius esset.

XIII. *Ergo posterius verum. Si verò hoc verum, tum vel natura Dei in hominis, vel hominis in Dei mutata, aut Dei & hominis inter se confusa, aut denique utraque natura proprietates suas retinuit. Primum dici nequit: Nam Deus mutari nequit Jac. I, 17. Proprietates divinæ naturæ toto cœlo aliæ sunt ab illis humanæ. Nequeunt igitur in has mutari. Nec secundum: Tum ex iisdem rationibus tum quoq; quòd Christus, quamdiu in terris exstitit, se verum hominem anima corpore & quæ hinc qualitates oriuntur præditum, probaverit. Quam quoque naturam, mutatis tamen imperfecti-  
nibus, in cœlo retinet Act. I, 11. Nec tertium: Tum quia ejusmodi *σύνχρσις* impossibilis & perfectiones divinas dedeceret, tum quia Scripturæ adversatur, quæ non tantum duarum naturarum in unam confusarum nullibi meminit, sed distinguit Rom. I, 3. 4. & contraria de Jesu Christo*

444 Cap. XIX. De Persona Jesu Christi.  
Christo affirmat Act. I, 11. cf. Matth. XXVIII,  
20. quæ evincunt distinctas in illo naturæ hu-  
manæ & divinæ proprietates. *Unde fluit ul-  
timum valere.*

XIV. *Positis nunc, quod Jesus Christus sit  
Deus & homo simul & quod qualibet natura  
proprietates suas distinctas teneat, sequitur  
porro, quod Jesus Christus consideratus ut  
divina persona carnem sive naturam huma-  
nam in unitatem personæ assumerit.* Quip-  
pe antequam caro factus, jam erat λόγος Joh. I,  
14. cf. 1. 2. sive persona divina. Deinde Paulus  
Philipp. II, 6. 7. ait Christum in forma Dei sub-  
sistentem μορφὴν θεοῦ formam servi assumpsisse,  
*in similitudine hominis factum esse.* Tandem  
longè convenientius ut filius Dei æternus, infinitus,  
carnem in tempore factant, finitam in per-  
sonæ unitatem receperit, quàm contrarium.

XV. *Si nunc porro velles modum assumptionis,  
unionis nosse, me illum ignorare fateor.*  
Non revelatus ille est, adeoque à nobis non co-  
gnoscendus. Jam illud ad salutem, fiduciam,  
solatium sufficit, quod Salvator noster sit θεὸς  
ἁπλοῦς. Imò sacrae Literæ referunt dogma hoc  
μυστήριον idque μέγα esse 1. Tim. III, 16. cf. Es.  
IX, 6. Et si ne quidem modum unionis animæ  
& corporis nostri plenè intelligimus, quomodo  
intelligemus modum, quò sermo, qui מִלָּה mi-  
rabilis, caro factus est. Et quia unio huic si-  
milis in natura non datur, frustra quoque simili  
expo-

Cap. X.  
poneretur.  
des dissimil-  
limitatem  
nt, est ap-  
alem, tradi-  
tore.  
XVI. Ex  
ine divine  
tio, quæ Fi-  
na est. Qu-  
et aliquana-  
sumi parti-  
nem à part-  
na, quamvis  
tum produc-  
templo hom-  
caum lique-  
ione comm-  
et rem hanc  
ris tractabim-  
lomanæ: Se-  
tertio quidn-  
trunque con-  
XVII. N. 2.  
iat (a) sum-  
eatur super-  
era hac archi-  
nem dignita-  
Philipp. II, 7.  
nimenti ta-

exponeretur. Præstat itaque à simili, quod adeò dissimile, abstinere. Modesti quique sublimitatem doctrinæ venerantes cognoverunt, κατ' ἀρσιν rectius quàm κατὰ θεῖον, saltem specialem, tradi posse, uti Patres Chalcedonenses fecere.

XVI. *Ex assumptione carnis in unitate personæ divinæ oritur unio, vel si mavis, est ipsa unio, quâ Filius Dei & filius hominis una persona est. Quoniam verò, quæ uniuntur, solent aliquando participare de denominationibus uni parti propriis; Solent commoda, honorem à parte excellentiori accipere; Solent unâ, quamvis dispari ratione, ad unum effectum producendum concurrere, quod vel ex exemplo hominis constantis ex unione corporis & animæ liquet, dispiciendum est, quæ ex hac unione communicatio ortum trahat. Atque ut rem hanc clarius & certius deducamus, tria tractabimus. Primò quid natura divina humanæ: Secundò quid humana divinæ: Tertio quid natura divina & humana personæ utramque comprehendenti communicet.*

XVII. *1. Natura divina humanæ communicat (a) summam dignitatem alius cujusvis creaturæ superantem. Neque enim alia creatura hac arctissima ratione cum Deo unita. At tamen dignitas hæc non mox manifestanda erat. Philipp. II, 7. 8. 9. (b) Excellentissimas dotes, incrementi tamen capaces Luc. II, 52. quæ ad munus*

munus mediatorium ritè obeundum necessaria erant. De his Esaias c. XI. 2. *Quiescet super (Messia) Spiritus Jehovæ, Spiritus sapientie & prudentiæ, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus cognitionis & timoris Jehovæ,* Ps. XLV, 8. *Unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ omnibus consortibus tuis* Joh. I, 14. *plenus gratiâ & veritate, Spiritum accepit non ex mensura* c. III. 34. Hinc sapientia, quâ anno duodecimo pollebat, doctissimos in admirationem conjecit Luc. II, 47. & sanctitas immaculata Joh. VIII, 46. ipsi erat.

XVIII. *Nec tamen communicat essentiam suam sive proprietates divinas.* Divina enim essentia, à qua proprietates reipsa non differunt, creaturæ communicari nequit. Dein proprietates aut omnes aut quædam aut nullæ communicatæ sunt. Primum nemo asserere audet, vel quomodo forma servi, quæ in tempore assumpta, æterna dici posset. Nec secundum verè dici potest, quia omnes proprietates Dei indivulso nexu cohærent. Tertium ergò dicendum. Nec excipi possunt omnipræsentia, omniscientia, omnipotentia atque vivificandi vis. Nam Sacræ Literæ nullibi tale inter proprietates discrimen faciunt, has carni communicatas referunt, alias non item. Imò omnipræsentiam Joh. XVI, 17. omniscientiam Marc. XIII, 32. omnipotentiam & hinc vivifi-

candi

Cap. XI  
radi vim H  
nam filio ho  
um ultro fat  
Christiana ve  
um esse Deu  
remo in ater  
ne adimplere  
thæ posse.  
XIX. 2. N  
communicare  
modum,  
ca: Quod  
ent: Quod  
et.  
XX. Quia  
viam com  
que nature  
multæ ac fer  
tama consti  
domata præd  
tate Scriptura  
bonumquam  
lectur. Et re  
funt EL IX,  
e persona à n  
tate, quæ na  
e: (s) Non  
tate denomi  
ta. (s) St  
ptima, sed a

candi vim Historia mortis Jesu Christo tanquam filio hominis competere negant. Alioquin ultrò fatemur atque fundamentalem fidei Christianæ veritatem veneramur Jesum Christum esse Deum super omnia benedictum, ab æterno in æternum, omnia nosse, omnia quoque adimplere, omnia denique robore potentia sua posse.

XIX. 2. *Natura humana divinæ nihil communicare valet.* Non honorem, non commodum, non vires, prorsus nihil. Ratio clara: Quod divinum non capax est additamenti: Quod finitum infinitum augere nequit.

XX. *Quia persona naturam divinam & humanam comprehendit, hinc fit, ut illi utriusque naturæ proprietates tribuantur.* Consimiliter ac serēs habet cum homine ex corpore & anima constante, de quo utriusque partis idiomata prædicantur. Hinc exponendæ sunt variæ Scripturæ de Jesu Christo locutiones. (α) Nonnunquam persona ab utraque natura describitur. Et rectè, nam utramque habet. Loca sunt Eccl. IX, 6. Rom. I, 3. 4. (β) Aliquando de persona à natura divina denominata prædicantur, quæ naturæ divinæ sunt, velut Joh. I, 1. 2. 3. (γ) Nonnunquam de persona ab humana natura denominata, quæ humanæ naturæ Luc. IX, 22. (δ) Subinde attributa enuntiantur de persona, sed ab ea natura denominata, cui attribui-

tributa illa nequaquam conveniunt. Atque hoc dupliciter; de persona à natura divina dicuntur, quæ propriè competunt naturæ humanæ, veluti Act. XX, 28. 1. Cor. II, 8. Vel de persona à natura humana nominata affirmantur, quæ divinæ sunt. Joh. III, 13.

XXI. *Dein quia utraque natura concurrat ad opus salutis nostræ perficiendum, (de quo verò suo loco plura) utraque faciente, quod sibi proprium est, elucet hinc communio officii* sive quod persona, quatenus & naturam divinam & humanam complectitur, *Mediator, Salvator &c. noster sit.*

XXII. *Antequam capiti huic finem imponimus, rationes adhuc dabimus, quare Mediator fidelium debuerit esse filius Dei & filius hominis in una eademque persona.* Sunt autem sequentes. Requirebat id natura officii. Per peccatum homines mortem promeriti sunt. Mors itaque obeunda à sponse nostro, debebat itaque homo esse. Nondum suffecisset mortem pro nobis subire, sed & illa superanda, nos ex potestate Satanae liberandi, renovandi ad imaginem Dei, ex filiis Satanae filii Dei constituendi. Quas partes nulla mera creatura dextrè sumere potuisset, sed nonnisi, qui forti fortior Deus: Qui nos creavit, ille solus regenerare: Qui ipse Filius Dei, nos filios Dei constituere poterat. Convenienter, qui Deum & homines conciliare

ne debebat,  
Coloff. I,

que abunde  
tum, ceu quæ

mal frater quæ  
stratum, ut

fine pecca  
15. II, 17.

✠✠✠✠✠  
✠✠✠✠✠  
✠✠✠✠✠

✠✠✠✠✠  
✠✠✠✠✠  
✠✠✠✠✠

C

TAT

CI

Jesu Christi  
statu in ge  
dicato. §. I.

primò notand  
status exi

nis, qui desc  
§. II.

quæimpropr  
turam de

proprie ac